

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

AD CELEBRITATEM N. V.
PTIARVM

REVERENDI ET
DOCTI IVVENIS DN. PETRI
VVAGENKNECHT SERVESTANI,
solenni ordinationis ritu i inaugurati ad mu-
nus docendi in Ecclesia Hatz-
kerodensi

CVM

HONESTISSIMA AC PVDICIS-
sima virgine Margarita, integerrimi viri
Burchardi Krinitz relicta F.

CARMINA
Nūcupata ab amicis




A. D. IV NON. VIIIbr.
Julianas.

SERVESTAE
Excudebat Bonaventur Faber.

57.

59





Vper alta notum sidera
 Tyrrinthium, Lyda iugum
 Subisse durum femina,
 Solers vetustas prodidit.

Quem nec fera, nec improba
 Vicit nouerca, nec Eurytus,
 Lubens catenas attrahat,
 Colloq̄, poscat vincula!

Quid non Amor praestet ferox,
 Qui iura dat solo & salo,
 Ipsumq̄, sapius fouem
 Lesisse fertur spiculis?

Huic omnis, hortor, cedito,
 Qui mente sana est praeditus:
 Nam fortiori obsistere
 Qui tentat, irritum facit.

Proinde cum non impio
 Tibi, Petre, iungat federe
 Castos fouentem simplici
 Ignes puellam pectore;

Morem gerens, latantibus
 Illam lacertis excipe,

*Qua margaritas, aurea
Ut astra Phœbus, anteit.
Nec est, amantem, Margari,
Cur respicias, quem litteris
Seruista doctis imbuit,
Et erudiuit moribus.*

*Hedera vides ut asculus
Frondens tenaci astringitur:
Similis liget vos copula,
Nec blanda desint oscula.*

*Vestroq, nunc cupidus toro
Exopto mille gaudia,
Focos perenne lucidos,
Et turturum concordiam.*

*Autor Deus connubij
Thalamo benignus huic nouo
Adsit, quotannis ac domum
Florere praestet germine.*

Nathan Voit.

ἰουφηνία γαμικῆ.

Regem Deorum non ego nunc Jouem,
Non & Suadam, aut Cyprida, Cinxia,
Nec te Dionæ salaci
Cum puero, genialis Hymen,
Et qua, iugales, præterea impio
Corrupta mentem, errore nefariam,
Vocavit ad tædas, profano
Numina gens venerata cultu;

Sacri citabo federis obsides,
O P E T R E vitæ dimidium mee,
Cum sponsula quod iam sacratas
Teste Deo pepigisti ad aras.

C H R I S T V S J E H O V A patre factus
Idem puella matre vir editus (Deus

Sponsor tibi, germane, certus

Margaridosq; tua sit obses.

Qui ceu perenni federe Sponsulam,

Sonante verbo quam sibi colligit,

Ecclesiam firmo tuetur

Præsidio, fouet, ornat, auctat:

Sic te fouere, & Margarin unice

Curare par est, ac face mutua

Torrere certantem caloribus

13

Igni-

Ignibus officijꝫ cultus.
Quis nanqꝫ carnem trux odio suam
Habere possit? nupta caro est tua
De carne. Sed quid iam hac reuoluo
Ore sacri memorata Mysta.
Auem canamus (sume POLYMNIA
Lyram sonoro pectine tinnulam)
A qua sibi cognomen olim
Impositum noua nupta traxit.
Hac ferre habenas imperij est sciens,
Et ritè iussis paret herilibus
Crucis gerens expressa adunco
Christifera simulacra rostro.
Hac dulcis aures prateruentium
Cantu suauis uocis inebriat,
Sagaxqꝫ noctu fertur orta
Mulciberi increpitare damna.
Hac, CHRISTE, natali oua parit tuo,
Cum cana passim terra riget niue,
Hinc tempore insignis triumphus
Vesca uolat per inane turba.
Sed cur moramur? sera rubens suos
Nocturnus ignes ventilat Hesperus,
Decliuis & Titan amicum

Tem-

Tempus agit fugiente luce.
Dextro iugati sidere, ter quater
Saluete, longum & viuite compares,
Ac congruo ambobus beati
Coniugio date signa plausus.
Vestrum nouello connubij sator
Semper beabit germine lectulum
Instar maritata virentis
Flumina propter amœna, vitis
At tu fideli, qui tibi creditus,
Germane, cura pasce Dei gregem,
Ut fulgeas vita perennis
Tempora conspicuus corona:

Andreas VVagenknecht
Seruest. sponsi Fr. ger-
manus.

A L I A

Tu quoq; sensisti, PETRE, tela volantis
Atq; Dionaas, altera tela, faces. (Amoris
Nec quicquam tibi Pierides, nec cultus Apollo
Profuit, & libris inuigilasse sacris.

Vul

Vulnus habes, quod non poterit sanari herbis
Sive tuis Chiron, sive Melampe tuis.
Non si dictami Venus afferat aurea florem,
Non tibi si panacem Cynthius ipse suam.
Sicut Achilleis cuspis vibrata lacertis
Mysorum regi, vulnus opemq; tulit.
Sic, qua nunc casto tua pectora torret amore,
MARGARIS una tibi vulnus, opemq; feret.
Quod non Philyrides valet, Argiurusq; Melampus.
Non Venus, aut Phabus, MARGARIS una
Qua tibi nunc, auctore polo deducitur uxor (potest:
Altera pars anima, candida PETRE tua.
Gaude sorte tua tedis felicibus aucte,
Cumq; noua felix coniuge uiue diu.
Utq; diu possis, prognata Nocte sorores
Longa tua tribuant stamina, longa tibi.

Erasmus Coroberus



Nov 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808




nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M






AD CELEBRITATEM N.V.
PTIARVM

REVERENDI ET
DOCTI IVVENIS DN. PETRI
VVAGENKNECHT SERVESTANI,
solenni ordinationis ritu i inaugurati ad mu-
nus docendi in Ecclesia Hatz-
kerodenfi

CVM
HONESTISSIMA AC PVDICIS.
fima virgine Margarita, integerrimi viri
Burchardi Krinitz relicta F.

CARMINA
Nuncupata ab amicis



A.D. IV NON. VIIIbr.
Julianas.

SERVESTAE
Excudebat Bonaventur Faber.

54.
59

